





*COLLEGII PHYSICI*  
DISPUTATIO DUODECIMA  
ET ULTIMA.

**DE HOMINE.**

*In alma Philyre à proposa*

*PRÆSIDE*

**M. THOMA SECURIO**

Rochesanâ-Bohemio, SS, Theol, Stud.

*RESPONDENTE*

**CHRISTOPHORO GEORGIO FUR-  
STENNAVERO, Friburg. Thur.**

*s. Augusti.*



**LIPSIAE**

Typis exscribebat **GEORGIVS LIGER.**

Anno M, DC, XXV,

COLLEGOA PHILICO  
DISPUTATIO DEDICATA  
ET DEDICATA

# DE HOMINE

De homine p[ro]positio[n]e q[ua]ndam.

AMONTE M[ARCO] SECVRI

Georgius B[onifacius] G[erolamo] S[antos] T[erzo] S[ancti] G[erard]i

CHRISTOPHORO E[usebio] F[abri]CIO F[abri]N

Georgius B[onifacius] G[erolamo] S[antos] T[erzo] G[erard]

PL[ATONIS]

Liber de Genesio

VXX. DC. M. A.D.



θεός! θεός!

DISPUTATIO XII. ET ULTIMA.

DE HOMINE.

THESIS I.

Animal λογικὸν sequitur, quod dicitur **Homo**,  
Cujus consideranda est partim anima, partim corpus.

Anima rationalis definitur, quod sit ἀποτέλεσμα πρώτης σύμμαχος αὐτοπίνδης, οὐ αὐτοπίνδης: Actus primus hominis, quatenus est homo.

Εἰδεσμός.

Orationis nostrarum exercitationum esto τέλος  
ἀπέντων φύσις ἀποτελεσμάτων, μεγαλοσύνης μη-  
κρόνοσμου, **Homo** videlicet. De rebus ex-  
trahendis in cælo, aëre, aquâ, terrâ positis, ha-  
c tenus egimus; iam id, quod nobiscum quo-  
tidie circumferimus, etiam expendamus, ne  
cum simus homines, homo quid sit, ignoremus.  
Constat autem homo, ut reliqua animalia omnia, duabus partibus  
essentialibus, anima videlicet & corpore. Anima rationalis in  
humano corpore non est forma assistens, quâ ratione nauta navis  
forma dicitur, ut censuit Averroës, & cum eo multi primæ certæ Phi-  
losophi: Sed informans, & quidem specifica, per quam homo non  
est tantum id, quod est, sed insimul à reliquis substantijs essentia-

liter distinguitur, & deniq<sup>ue</sup> operationes suas exeret. Ad originem animæ quod attinet, à multis nihil attingitur, à paucis, inge-  
niosis quidem illis, sed tamen paucis, multa quidem propalantur,  
sed tām intricate, tām contortuplicate, ut legendo nihil intelli-  
gas. Annon verum est, si quis dicat, animam propagari per Tradu-  
cem? Dicitur enim, quod Adam genuerit filium, ad imaginem &  
nem suam, Gen. 5. v. 3. Hoc quid aliud est, quam quod Adam to-  
tius naturæ parens extiterit, non autem unius tantum partis? Si-  
militudo quippe non tantum est corporis, sed etiam animæ. Aristoteles naturali mentis acumine id cognovit, ideoq<sup>ue</sup> satis illuminate loquitur 3. Phys. ὁ εὐτελεχέας ἀνδρῶπος ποιεῖ ἐκ τῷ δυνάμει ὄντος  
ἀνδρῶπος ἀνδρῶπον, & nos dubitaremus, quibus id ipsum S. S. aper-  
tè revelavit. Vide Thomam Sagittarium, exerc. phys. 24. th. 21.  
Sed, inquis, anima propagatur, vel à patre, vel à matre, vel ab u-  
troq<sup>ue</sup> parente simul, & quidem ab alterutro dimidia: Sed neutrū  
facile quis affirmārit; Non illud, quia sequeretur, alterutrum pa-  
rentem nihil conferre ad propagationem; Neq<sup>ue</sup>, hoc, sic enim anima  
foret divisibilis. Respondeo: Animas patris & matrii in concep-  
tione non debere considerari divisim, ac velut seorsim existentes, sed  
ut Unitæ, & sibi invicem adglutinatae sunt, in mirabili isto gene-  
rationis opere: Ut enim à duabus facibus accensis & copulatis, ter-  
tia fax conjunctim ac indivisim acceditur: Adsimiliter à duabus  
animabus junctis tertia propagatur. Meisnerus in Phil. Job. sect.  
3. cap. 6.

#### THESES II.

Animæ rationalis facultates sunt intellectus &  
voluntas. Intellectus, οὐδε, οὐδὲ μόριον τῆς φυχῆς λογικῆς, ὡς γι-  
νώσκει τὴν φυχήν, καὶ φρονεῖ, pars animæ rationalis, quā ho-  
mores intelligibiles percipit ac dijudicat, 3. de anima,  
cap. 4. ¶ 5.

indecoris

"ΕΝΘΕΟΙΣ.

Partes dictæ nonnunquam facultates appellantur; sed partes  
νοητικαὶ intellectuales, non autem πραγματικαὶ reales.

De Intellectu multi multa προσομιάζονται, ut quod sit forma hominis, non facultas anima rationalis: Et quod τὸ ένοντα κρίων, in corde, τὸ ένοντα φεύγοντα, in reliquis partibus habeat. Nos verbis ad compendium revocatis in ejus objectum inquiremus, mox divisionem adjecturi. Versatur ergo intellectus circa πάντα τὰ νοητὰ  
i.e. omnes res intelligibles, ut quam latè patet Ens, tām latè quoque pateat objectum intellectus. Intellectus omnia fieri aptus est, inquit Aristoteles 3. de anima, cap. 5. t. 18. Intellige non simul, sed successivè: Nam dum huic speciei intentus est, ut dijudicet eam, non potest fieri species alia, nisi desinat esse illa. Ceterum dividitur intellectus τριχῶς:

I. Ex modo agendi, in φεγγητικὸν & παθητικὸν.

φεγγητικὸς seu agens intellectus est, qui facit species intelligibles. 1. separando, i.e. phantasma defecando, & ab omni materialitate liberando, quod Philosophis est abstrahere. 2. Illuminando; quod fit, cum exphantasmate facit noëma, illudque juxta normas logicas considerat: Et haec duo sunt ejus officia, χωρίζειν & φωτίζειν. Intellectus παθητικὸς seu patiens, (qui etiam passibilis, passivus, & possibilis dicitur,) est, qui species ab agente productas, recipit & sibi imprimit, lib. 3. de anima, c. 3. t. 4. & 5. Hic, cum se conjungit cum agente, alia species emergit, qua intellectus adeptus nuncupatur, Scal. ex. 307. sect. 9.

II. Ex objecto, in Theoreticum & practicum. Ille versatur circa res naturales, quas solus Deus & natura producere potest, ut circa intellectuionem cœli, terræ, plantarum, &c. Hic contraria circuatale versatur objectum, quod humanâ voluntate aut arte, sive industria produci potest.

III. Ex operatione, in simplicem, qui simplices rerum notiones apprehendit & cognoscit, Gracis ἡ νόησις τῶν ἀδιουγέτων, νοητικὴ

Ἐπλῶν νομάτων dicitur: Et compositum, qui res complexas & conjunctas intelligit. Est ergo rursum duplex: νομίκος, qui componit & dividit. Græcis ἡ σύνθεσις καὶ διάγεσις τῶν νομάτων appellatur. Vel διανυκτήρος, qui discurrit. Græcis λογισμός ἡ στέρεως nominatur. De utroq[ue] fuscè & perspicue Magirus & alijs.

### THESES III.

Voluntas est animæ rationalis facultas, quæ ea, quæ ab intellectu apprehensa & judicata fuerunt, homo vel eligit, vel aversatur.

#### "ENDEISIS.

Eligit id, quod tanquam bonum approbat; aversatur contra, quod tanquam malum improbat. Utrumq[ue] ejus objectum, tamen bonum, quam malum, est vel revera tele, vel apparenter. Porro voluntatis actiones sunt velle & nolle, suspendere actionem & assensum. Et hæ sunt vel elicite, quas voluntas elicit per se, non per alias potentias; vel imperatae, quas imperat voluntas fieri per inferiores potentias, quæ possunt obedire, nempe per locomotivam & appetitum sensitivum; Utrig[ue] siquidem imperat; illi de cōtūnūc cogendo. Si enim voluntas jubeat, ut ex hoc in alium locum se membra moveant, promoventur, si non impedianter. Huic vero πολύτην suadendo: Quia nonnunquam appetitus gravissime voluntati reluctatur, & sapè

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas:


Vt primum enim nostra voluntas debitam obedientiam Deo degavit, factum est, ut etiam appetitus voluntatis imperium excellerit. Qui enim superiori suo justæ negat subjectionis obedientiam, hunc nequit justior ultiō subsequi, quam ut suorum quoq[ue] subditorum patiatur rebellionem.

Quod deniq[ue] sentiendum sit, de vulgaribus istis axiomatis, ue:  
Quod nihil sit in voluntate, quod antea non fuerit in intellectu:  
Item: Quod error voluntatis presupponat errorem intellectus, in  
ipso disputationis actu, cum dñe, videbimus.

### THE-

THESIS IV.

Corpus humanum, cùm sit integrum, plurimis  
constat partibus;



"*ENDE*."

Tritam h̄ic calcabimus viam, de nova parūm solicii: cùm hac  
sit interdum odiosa, illa minime. Humores ergo quid sint, primi-  
ter expendendum est. Definiuntur communiter, quod sint partes  
corporis fluidæ, ex primo ortu in existentes, vel demum ex nutri-  
mento generate. Ex quibus verbis plusquam manifestum est, a-  
lios humores nobiscum nasci, alios in corpore jam constituto gene-  
rari. Nascitur nobiscum *Humidum radicale*, quod per omnium  
partium substantiam diffunditur, est q̄, caloris natrvi pabulum. H̄oc  
absumto, vita nostra, non secus atq; flamma candele, absumpto oleo,  
sebo, vel cerâ, interit. Gracis dicitur ἔντοκον, ἀρχήγονον, πρωτόγο-  
νον, σύμφυτον vel ἔμφυτον.

In corpore jam constituto generatur I.  $\chi\bar{\nu}\lambda\Theta$  inventriculo,  
pulti non assimilis. II.  $\chi\bar{\nu}\mu\Theta$  in hepate, massæ sanguinea speciem  
probens, in quo continentur reliqui quatuor humores, videlicet  
*cholera,*

cholera, sanguis, phlegma, & Melancholia. III. <sup>AV&VVM</sup> in exilibus arterijs & venis. Hic humor postea specie ac similitudine roris, multiplici & quasi erratico lapsu, per omnem partium substantiam penetrando diffunditur, perq; omnes poros diffusus combibitur, & roris alimentarius communiter, ab Arabibus Cambium, ab alijs Gluten indigitatur, quamquam Anatomici hæc tria à se invicem accuratè secernant, roremq; vocent humorē nondum agglutinatum & adhærescentem, sed roris instar in partium substantiam diffusum: Gluten parti jam agglutinatum, tanquam proximum ipsius alimentum: Cambium deniq; humorē in partis substantiam jam muratū. Et tantum de humore, sequitur spiritus, qui est pars corporis aerea ac vaporosa, primum animæ instrumentum ad functiones obeundas. Quemadmodum a humor aliis est connatus, aliis adventitius: Ita quoq; spiritus vel est insitus, vel influens. Insitus à primo statim formationis in utero materno corpori congeneratur, ut sit primum ac immediatum animæ instrumentū, ad obeundas muneras functiones. Dicitur alias latinis Spiritus complanatus, item, calor nativus, seu calidum innatum, (quamquam in hoc à se invicem differant, quod ille sit hujus propriū & proximum subjectum,) Græcis nominatur πνεῦμα σύμφυτον, ἀερόγονον, πνεῦμα, θερμὸν σύμφυτον.

Influens oriuntur ex sanguine, spiritui complanato & calori natio-  
nivo succenturiatam quasi prelans operam, ne deficiat. Græcis ap-  
pellatur πνεῦμα ἐπίγειον. Est q; triplex: 1. Naturalis, ex benignio-  
re sanguinis parte in hepate conformatae, per venas una cum san-  
guine ad singulas corporis partes diffusus, ad naturales actiones ob-  
eundas. 2. Vitalis, ex spiritu naturali influente, in corde genti-  
tus, & inde per arterias in toto corpore diffusus, ad obeundas ac-  
tiones vitales. 3. Animalis; ex spiritu vitali ad cerebrum subve-  
cto, ab innata illius virtute productus, perq; nervos omnibus corporis  
partibus communicatus, ad obeundas functiones animales. Ex hac  
triplici divisione liquido patet, quod sint tres animæ facultates,

nempe:

nempe naturalis, vitalis, & animalis; quodq[ue] triadentur in corpo-  
re membra principalia, Hepar, cor & cerebrum: Et quod deniq[ue]  
totidem sint vasorum genera, venæ, arteriaæ, nervi, ut rectè collis-  
git Magirus, s. Phys. cap. 8.

### THESIS V.

A.	Conti- nentes sunt.	Similares	Sperma- tice	duriores	Ossa. Cartilago. Ligamentum. Tendo. Fibræ. Membrana. Cutis. Venæ. Arteriaæ. Nervi.
				molliores	
				caro.	
			Sanguini- nea.	musculus.	
		Dissimilares.	B.		

#### Expositio:

Dicuntur 1. Similares; quia illarum particulae omnes retinent  
naturam totius. 2. Spermaticæ: quia generantur immediate ex se-  
minis crassamento, quod etiam ipsarum albus color arguit. Singu-  
las ẽs hęc xisæ videamus.

Ossa sunt partes corporis durissime, siccissime ac frigidissime,  
per exustionem genitæ, ad totius firmamentum & stabilitum.  
His duritate, siccitate atq[ue] frigiditate per quam similis est Cartilago,  
ex mucosa seminis parte genita, qua membris motui destinatis in-  
servit. Ligamentum est quasi filum durius, ossa inter se colligans,  
& reliquas partes ossibus connectens. Hujus quasi pars quedam est  
tendo seu chorda, inserviens motui artuum voluntario.

Fibræ sunt tenuia quedam fila sparsa per totum corpus. Diver-  
se formæ eas in corpore reperies, jam rectas, jam transversas, jam  
obliquas; quarum ille alimentum attrahunt; iste retinent at-  
tractum;

B

A

tractum;

eractum; hæ viciſſim expellunt. His etiam accensetur, tūm membra, quæ partes corporis interiores cingit ac munit; tūm cutis, quæ universi corporis exterius tegumentum est, cuius pars externa dicitur curicula. Media cutis nāt ēgōxīv; Intima membrana carnosa.

Venarum, arteriarum, & nervorum antē mentionem fecimus, sed obiter, sed incidenter, plena tractatio, quam suspendimus, hoc loco pertexenda est. Venæ ergo prodeunt ex hepate, & sunt sanguinis ac spiritus naturalis vehicula. Harum aliae sunt primæ, quæ immediatè ex ipso hepate propagantur, ut umbilicalis, arterialis, vena portæ, & vena cava. Aliæ ortæ, quæ è primis, ut canales e fontibus, oriuntur, & sunt vel nominatæ, quarum genera sunt quatuordecim; vel anonymæ.

Arteriæ (venæ pulsatiles Avicennæ) prodeunt è corde, & continent ac vehunt spiritum atq; calorem vitalem. Dividuntur ratione quantitatis in majores, quarum numero tres sunt: Arteria magna, (quæ absolutè dicitur aortæ.) 2. Arteria venosa, & 3. Arteria aspera, (quæ r̄axæ dicitur ob asperitatem & duritatem:) Et minores; easq; tūm nominatas, tūm anonymas.

Nervi prodeunt è cerebro, vehunt q; spiritum animalem, motoris & sensus excitandi gratiâ: Sunt q; vel molles, prodeentes immediate à cerebro, quorum paria sunt 7. vel duri, à spinali medulla provenientes, quorum paria sunt 30. septem videlicet cervicalis; 12. thoracis; 5. lumborum; & 6. ossis sacri.

Caro deniq; est pars similaris sanguinea, ortum suum proxime trahens ex sanguine: Ex hac cōstat musculus, ita dictus ob similitudinem, unde etiā in tres partes, caput, ventrē, atq; caudā dividitur.

#### THESES VI.

		Cranium.		frontem.	
B.	Dissimili- lares par- tes sunt	Caput cu- jus partes sunt.	facies	Superior, qua continet	tempora. aures. oculos.
A.	Externae			Inferior, qua continet	Genas. Nasum. Os. Mentū.

Truncus; cuius	anterior partes sunt	Superior: Thorax.	
		Inferior: Venter.	
posterior DORSUM,	cuius substantiam	Scapulae.	
constituent		Spina dorsi.	
		Coxæ.	
Artus duo	Manus, quæ continet	Brachium. Cubitum. Extremam manum. femore.	
	Pes, constans	crure. pede parvo.	

Interne. r.

"Εκθεσις.

Vocantur partes dissimilares, quia non retinent, nomen totius. Inter has excellit caput, Regia illa munitionis, sensuumq; cunctarum, ac domicilium facultatis animalis: Et constat potissimum Cranio & facie. Cranium est os illud capitinis crassum ac rotundum, viginti ossibus auctibus futuris distinctum, cerebrum operiens ac circumvallans. Facies est pars illa capitinis glabra, cuius partes ordinatae sunt: Frons, pars illa faciei, quæ ab oculo usq; ad partem capillatam protenditur. Tempora, spatium illud faciei, ad utrumq; latus possum, aures in medio continens. Aures, facultatis audiendi organa. Oculi, facultatis visiva instrumenta, sub fronte, in cavitatis utring, ad narres exsculptis, colligata. Genæ, quæ dividuntur in partem superiorem, quæ dicitur malum sive pomum faciei, propter similitudinem; Et inferiorem, quæ bucca nuncupatur. Nasus, organum olfactus & respirationis. Os, instrumentum loquendi, edendi, &c. Mentum deniq;, pars illa tota, quæ ab interiore labro ad gulanus usq; terminatur.

Capiti proxime subjicitur truncus, qui est corpus sine capite & extubus. In hoc primo secesserunt thorax, Regia illa, quæ est a collo usq; ad finem costarum. Ejus partes sunt vel molles & carneæ, ut

musculi pectorales, & mamme, ( Gracis τιτδοῦ, τιτδοῖ, μάροι,) corpora illa glandulosa in pectore, multo adipe referta: vel Osseæ & cartilagineæ, ut σέγον, os in quod costæ copulantur; Os ἔφομδε, seu ensiforme, quod alids dicitur cartilago mucronata, item malum punicum seu granatum; duæ calvicolæ; & costæ seu πλευρæ, duodecim in quovis latere, quarum superiores 7. vocantur veræ, inferiores 5. dicuntur nothæ, propterea quod totæ ossæ non sunt, sed plurimum cartilaginis habent in anteriori parte.

Deinde sequitur venter, continens ἐπιγάστερον, partem supra umbilicum; & ὑπογάστερον, partem infra umbilicū usq; ad pudenda, quæ latinis abdomen appellatur. His partibus opponuntur ex alia parte 1. scapulæ, partes prominentiores in dorso, quæ & visui obviae sunt. 2. Spina dorsi, ( dicitur ita propter analogiam, quia spinae instar eminentes habet partes) quæ est illa compages ossæ, quæ à prima cervicis vertebra ad coxygenus usq; extendit. Constat hæc 34. vertebris, Osse sacro, ( quod est omnium totius spinæ ossium maximum, constans s. vel etiam 6. ossibus: ) & coxyge, ( quod est os illud cartilagineum, ossi sacro adherens, ita dictum à similitudine, quam cum cuciuli rostra habet. ) 3. Coxæ sive coxendices, huic insistentes.

Truncus proxime sequuntur artus, nempe manus & pedes. Manus à scapulis ad summæ usq; digitos protenduntur, & constant brachio, quod est os humeri maximum; Cubito, quod est os brachio proximum, divisum in duo alia ossa, superior & inferior, quorum illud, ut minus, radius; hoc, ut majus, Ulna nuncupatur; Extremâ manu, cujus partes vicissim sunt brachiale seu carpus, & constructum ossibus: Postbrachiale seu metacarpium, quatuor; Digitii 15. constantes ossibus, triplici ordine dispositis, quam digitorum seriem Græci φάλαρας, i. e. acies & agmina nominant. Pedes porrigitur à coxendice usq; ad extremos digitos. Horum partes sunt femur, os illud magnum sub coxendibus. Crus, os sub femoris articulo contentum, quod complectitur tibiam & fibulam. Pes parvus, seu pes verus, qui vicissim in mediis, cujus postrema pars

*pars calcaneum appellatur: Et μεταπέδιον, cuius pars inferior  
planta dicitur, & digitis distinguitur. De quibus omnibus vide-  
antur accuratiores anatomici.*

### THESIS VII.

r. Internae partes contine- nentur in ventre-	Insimo; Et ha- sunt vel	Nutritio-	χυλώσεως	Oesophagus.	Duodenū.
				Ventriculus.	Iejunum.
				Intestina	Jleum.
				tenuia	Cœcum.
Medio. Δ.	Propriae	Aιματώσεως	utiles; ut	crassa	Colon.
				Hepar.	Rectum.
				Vesicula fellis.	
				Lien.	
Supremo. E.	Propriae	Inutilis	Communes utriq; sexui	Renes.	
				Vesica.	
				Vasa seminaria.	
				Testes.	
Generationis	Propriae	Virū; Virga seu penis.	Parastatæ.	Fœminis; Matrix seu uterus.	

### Endesis.

Partes primæ concoctioni inservientes sunt Oesophagus, sic dictus, ab oīō fero, & φάγημα cibus, quod cibum ad ventriculum deferat: Est q; canalis ille, per quem nutrimentum in ventriculum vehitur, alias dicitur stomachus vel gula. Ventriculus (νοιχία, seu γαστήρ Græcis) autem est cibi & potus receptaculum: Constat illi duobus orificeis, superiore, quod σόματης νοιχίæ; & inferiore, quod πυλωρὸς Ianitor appellatur: Illō ventriculus nutrimentum excipit; hoc in intestina transmittit, puta in Duodenum sibi proximum, & Iejunum, duodeno continuum, post in Jleum anfractuosum: Quæ intestina ceteris tenuiora sunt, ut chylum facilius in hepar ex ventriculo transvehere, citiusq; incalescere possint, propter

pier tenuitatem. Hinc devehitur in intestinum cæcum, quod ex  
e terrestris chyli parte sterlus efformat: Hoc exceptum retinet colum,  
ne fluxu in voluntario profluat, donec tandem per rectum, ejusq;  
orificium, anum videlicet, extruditur. Notetur & hoc, quod in me-  
dio intestinorum collocatus sit quidam panniculus, qui dicitur me-  
senterium, estq; commune vinculum intestinorum, quo ipsa inter  
se mutuo connectuntur, & ad dorsum alligantur.

Partes secundæ concoctioni inservientes, sunt in duplii dif-  
ferentia: Vel enim alimentum utile elaborant, ut Hepar, illud  
sanguificationis organum, seu δικτυοπλος αιματωσεως, ut Graci lo-  
quuntur: Vel excrementum inutile evehunt, ut vesicula fellis, in  
medio hepate sita, quæ bilem flavam excernit. Lien sive Splen, in  
sinistro Hypochondrio contentum, quod bilem atram expurgat. Item  
Renes, qui ex hepate per venas emulgentes humorum serosum ex-  
cipiunt, & percolatum transmittunt per ureteres. Et deniq; vesi-  
ca, quæ urinam cohibet.

Partes generationi inservientes, sunt vel præparantes, vel  
confidentes. Præparantes sunt vasa seminaria, & νεανικη μαζα-  
νη παραστατικη: Suntq; duæ venæ, & totidem arteria semi-  
nales, & επιθυμιæ, corpus illud oblongum & candidum, utriq; te-  
sti adhærens, per quod semen in vasis predictis fertur, ibiq; majo-  
rem elaborationem adipiscitur. Confidentes sunt testes, fæmellis  
intus inclusi, & ad uteri cornua collocati, masculis extra corpus pro-  
pendentes; In illis minores & moliores; in his majores & validio-  
res: Et Parastatae, duo vasa candida, glandulosa & cavernosa, quæ  
a restibus, semen elaboratum deferunt in viris, ad penis radicem,  
in fœminis ad matricis fundum. Et hæc pariter viris & fœminis  
competunt: Supersunt autem alia, quæ alteri dunt taxat sexui pro-  
priè conveniunt, & viris quidem virga seu penis, pars illa promi-  
nula, pendula & prolonga, ejaculando semini, & reddenda urinæ  
destinata. Fœminis autem uterus seu matrix, pars membranæ,  
densa, piro majuscule exiavato per quam similis, collocata inter ve-  
sicam & rectum intestinum, ut ex semine prolifico fatum effe-  
ret, fo-

met, foveat, & maturum excludat. Partes ejus, videlicet col-  
lum seu cervicem, & fundum, ut & carunculas, hymen &  
clitorida, multis persequi superedemus, anatomicos consularis,  
quem cupiditas ista sciendi anxie sollicitat.

### THEISIS VIII.

#### A. In medio ventre resident cor & pulmo.

"Endeosis.

Partes ventris infimi παχυλως, & rudi, quod ajunt, Miner-  
vā delineavimus; ad eas, quae sunt ventris medy, pedem flecti-  
mus. Sunt autem duæ potissimum, cor videlicet & pulmo. Cor,  
quod Gr. καρδια, παρὰ τὸ ναεδαινοῦσα, id est, à perpetuo motu &  
palpitatione dicitur, est facultatis & spiritus vitalis fons, caloris  
nativi focus, arteriarum principium, & pulsuum officina. Dividi-  
tur in duos quasi sinus & ventriculos; Equibus dexter, major &  
inferior, luna crescentis speciem præbens, sanguinem à vena cava  
allatum excipit, & coquii ulterius atq; perficit, ut idoneus sit, ad  
pulmones alendos. Sinister, minor & superior, πυραμοειδης, spiri-  
tum vitalem & sanguinem arteriosum continet, ac protenditur ad  
cordis mucronem. Cordis quasi quoddam involucrum est Pericar-  
dium, quod nativā suā humiditate illud continet, ne ob continuos  
motus aëtu incandescat. Pulmo, qui Gr. πνεῦμον, à ποτε τὸ πνέου, à  
respirando nomen derivat, est respirationis & vocis instrumen-  
tum: Distinguitur per mediastinum, in partem dextram, qua  
major est, & sinistram, qua minorest, propter cor, ne videlicet il-  
lud coarctetur.

### THEISIS IX.

#### B. In supremo deniq; ventre collocatur cerebrum.

"Endeosis.

Cerebrum, est una cum corde κύριον, seu membrum primari-  
um, & definitur, quod sit officina actionum animalium, itemq; ra-  
tionis, judicij ac sapientiae domicilium. Circundatum est a duabus  
meningibus seu membranis, quarum altera dura mater, altera pia  
mater,

mater, denun*upatur*. Cerebri I. partes duae sunt: anterior, que cerebrum in specie dicitur, & posterior, quæ cerebellum appellatur. II. Ventriculi tres, anterior videlicet, medius & ultimus: Illum sensus communis; istum phantasiæ; hunc memoriarum conceptaculum esse dicunt.

#### THESES X.

Secundariæ tandem partes sunt vel utiles: ut pinguedo, semen, menstruum, ac pili, &c. vel inutiles: ut urina, sudor, lacryma, mucus, &c.

Εκθεσις.

Pinguedinem gignit superfluitas sanguinis, membranis adhaerentibus, à quarum frigiditate non nihil condensatur. Nec minus semen, tamen masculinum, quam fæmininum, à superabundante generatur sanguine. Menstruum vero est humor ille, qui purgandis mulieribus & alendo fætui convenit. Reliquæ partes humani corporis sunt notiores, quam ut multis verbis declararentur & explicentur. Concludimus ergo non solum hanc Εξάπλωσιν, sed totam insimul exercitationum physicarum seriem, quarum δέδος ὑπεράγιον παραγίται τέλος αργοτάτον esto.

#### COROLLARIA.

- I. An ventriculus chylo vel sanguine nutritur?
- II. Utrum lien excindi possit cursoribus, ne scilicet obfit?
- III. An lien sit causa risus?
- IV. Utrum cor prius generetur quam hepar?
- V. An ex fæmella masculus fieri possit?

Ad Praestantis. Dn. RESPONDENTEM Amicum suum primæcere.

Πρῶτα θεόν γνῶσαι ἐδέλθε, μετέπειτα σεαυτὸν  
χριτοφόρον ἀγχινόων χωὸν ἄγαλμα βροτῶν:  
Αμφότερον μὲν πλησιπόντες πέλες ἄλιον ἀνδρός,  
καὶ τῆς ἴδμουσύνης μέτρου ἐπιβαλλόντες.

M. THOMAS SECURIUS. Praeses.

F I N I S.

Nov. 2000  
Bd.



